



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 2. Imperator maritimo itinere Viaregio Lucam delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

§. II.

Sæc. XVI.
A. G. 1541.*Imperator maritimo itinere Viare-
gio Lucam delatus.*

Cum vero Cæsar per mare iter faceret, die duodecima Septembris Viaregensem Reipublicæ portum ingressus est, ubi eum duo nobiliores Lucensium Deputati exceperunt, quibus quoad utrumque latus stipatus Cæsar iter suum licet brevissimum prosequeretur, ibidemque obviam habuit legationem opido magnificam, nam constabat ea ex triginta nobilissimis Hispaniæ Optimatibus, quos Hercules Estensis Ferrariæ Dux præter centum Nobiles sequebatur, eos vero præibat Octavius Farnesius Cæsaris gener ac Pontificis nepos: cum autem Cæsar quinto lapide ab urbe distaret, a duobus Cardinalibus Sadoletto & Farnesio Pontificis nepote officiosa salutatione excipiebatur, nec minus cuncti etiam urbis Magistratus Imperatori extra portas obviam effusi sunt, atque eundem ad Cathedralē S. Martini Ecclesiam deducebant, ubi eum summus Pontifex excepit, cujus pedes religiose Cæsar deosculatus est, ac post breve utrinque colloquium ambo ad Palatium ipsis designatum recesserunt.

A 2 §. III.